

Q. F. F. Q. S.

SPECIMEN ACADEMICUM

De

OECONOMIA,

Cujus

PARTEM PRIOREM,

Venia Ampl. Facult. Philos. in Regio ad Auram Lycos.

PRÆSIDE

VIRO Max. Reverendo atque Celeberrimo

D_N. JOHANNE
BROWALLIO,

S.S. Th. DOCT. & Scient. Nat. Prof. Reg &. Ord.

Publico examini Subjicit

JEREMIAS LUNDVIK

Satasund. Fennus

Die V. D. XX. Decembr. MDCCXLIV.

In Auditorio maximo horis solitis.

ABOÆ, Excid, JOH. KIEMPE, Reg. Ac. Typ.

Nobilissimo Domino
Dr. JACOBO HOUGBERG,
Legionis pedestris MAJORI maxime strenuo,
MÆCENATI MAGNO

Viro Plurimum Reverendo &que Preclarissimo
Dn. JOHANNI ROTHOVIO,
Ecclesiarum quæ DEO in Italiæ colliguntur PA-
STORI meritissimo, doctrina & vita integritate im-
primis venerabili, FAUTORI multis mihi nomini-
bus venerando,

Spectissimo atque Prudentissimo
Dn. JOHANNI FORSS,
PRÆTORI Territ. in superioris Satacundiae inferiori
parte Adcurtaissimo, PATRI loco semper honorando.

Quod Nomina VESTRA, MÆCENAS, FAUTORES & E-
ausus sim, effectus eximus iste favor, quo me pater-
ebis. Quamquam vero exilis hoc gratitudinis pietatisque mea
queret; patiamini tamen ut splendorum hec charta a Nomi-
nis Nestoreta nostra salvos solitus.

Nobiliss. Consultiss. Pier. Rev. &

Custos hu-
JEREMIAS

Consultissime atque Equissimo Viro

Dn. GABRIELI THAUVONIO;

Judici Territoriali superioris Satacundiæ, justitia in
jure dicundo & litterarum peritia celebri, PA-
TRONO, ut propensissimo, ita humillimo mentis ad-
fectu jugiter colendo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo

Dn. GABRIELI WEGELIO

PASTORI in Karcku & Suoniemi Vigilantissimo;
PATRUI loco perpetim colendo.

Perquam Reverendo atque Doctissimo;

Dn. THOMÆ KRIANDRO,

COMMINISTRO in Karcku 40. annorum Veneran-
do, Fauteri, ut exoptatissimo, ita semper suscipiendo

VERGETÆ honoratissimi, incomitis hinc paginis presigere
namque domum, quavis occasione, complecti non designati
documentum magnitudinem beneficiorum VESTRORUM non ex-
hibitus VESTRIS mutuetur. Seruet VOS summum Numen
qve! sincere & animitus vobet

Spectatiss. NOMINUM VESTRORUM

millimus

LUNDVIJK.

Kongl. Academiens i Åbo Befallningsman

Högvalacktid och Welbeirodde


Herr JOHAN LUNDVIK,

Min huldaste Fader.

Först en jag wet, at eack ock berörs aldrig kan swara emot,
mindre wedergella Min Faders kärlek, ömbet ock åhå-
ga, som haft alt för mig oppardt; ock så mycket mer av
öswertgad derom, at denna tilskrift icke kan gälda den skuld
jag wet mig stå i hoos min Far; Så fordrar dock min son-
lige wördnad, at icke lemnas min Fars werda namn bar i-
från; så mycket mer, som jag ei haft, ock knapt lerer få, nä-
got tilfalle, at på något satt offenteligen wisa
min tackambet ock erkensla. Jag ber forden-
skull at Min K. Fader ville gunstigt optaga den-
na förstingen af mina studier, som ock bel ock bällen hörer
min Fader til. Edert er detta min Fader, ock ei mit; J
haften icke åkenast flyrckt mig bar til; utan eck,
utan all min förtiensß; bragt mig så wida; Jag hisnar när
jag tancker efter hvad drýga summer jag kostat min Far;
ock detta mit lilla tackambets prof, är blott ett yterligare
tekn af min Fars frikostighet. Min Far! Alt det jag, E-
der Son, kan göra, är, at be den högsta Fadren, han wille
Edra nu med gråa hären tiltagande åhr welsigna med en
städig sundhet, nöje ock welmågo, samt låta Eder, ner j
bliven matt af levrande, winna den sellbet de trogne af
nådo förtvanta! Ock der med förbliswer jag

Min huldaste Faders

lydigste Son så lenge
Jag Lefwer,



§. L

OEconomia, quæ sibi antiquioribus præprimis uris pontificalis Scriptoribus, Iconomia, quod ad vocabulo Etymologiam originis est Græcæ, οἰκονομία ab ὅιχος domus & ιέω dispenso, tribuo, dispone, adeo ut vi vocis nil aliud significet, quam administrationem & procreationem rei domesticæ, seu dispensationem rei familiaris. Metaphorice autem sumitur e. g. in Epistola ad Col. Cap. I. v. 25, pro DEI provida gubernatione in ecclesia tanquam in domo sua; præterea etiam doctrina de Filii DEI incarnatione & humanitate, teste Hieronymo & Damasceno, a patribus Græcis, quemadmodum annota sunt Scapulæ in L. ex. ad h. v. & Cbris. Lud. Schwartzenau in Theol. Thetico-Acroam. part. I. p. 3. οἰκονομία dicta est. Accipitur etiam generaliter pro sola distributione & dispensatione, ut οἰκονομία χρημάτων, apud Chrysostomum; &, quum de scriptis Oratorum & Poëtarum usurpatur, exponitur per dispositionem, ut annotant Scapula, I. c. & Basilius Faber p. 1568. Missis autem his significa-

A

tio

tionibus, velut minus propriis, pro nostro scopo monuisse sufficiat, Oeconomiam etiam a scriptoribus Oeconomicis paulum diverso sensu definiri; aut enim simpliciter sumitur pro scientia rite understandi naturæ penu ad fruendam rem; quæ significatio in libris pure Oeconomicis sœpius obtinet; eundemque in sensum oœconomiam ita describit *Jul. Bernb. von Roer* in *Haushaltungs Biblioth.* Cap. I. S. 1. Oœconomia est scientia practica, informans hominem, justo modo, quæcumque ad usum vitae necessaria colligere, collectis decenter uti, eadem prudenter distribuere, conservare & augere, in vita utilitatem, commodum & sustentationem. Alii vero, in primis illi, qui Encyclopædias & Systemata Philosophica considerunt, per scientiam aut prudentiam gubernandæ familiæ describunt: Oœconomica, inquit *KECKERMANNUS*, est prudentia dirigendæ familiæ ad id, ut sit honesta, utilis, iucunda & honorata. System. Systematum T. II. p. 1077. a. Et hi quidem Oœconomiam potissimum privatam respexisse videntur; publicam vero ad Politicam pertinere judicarunt; licet neque difficulter admitteretur familia in privatam & publicam, distinctio. Et horum quoque de Oœconomia conceptum adoptione videtur C. *WOLFIUS*, licet eandem aliis reddiderit verbis, dicendo: Oœconomia est scientia dirigendi actiones liberas in societatisbus minoribus, quibus, etiam extra rempublicam fuisse locutus. cfr. Baum. P. ilos. Def. ex Systemate Wolfi. Ex qua quidem definitione difficulter aliquis rei ignarus ideam Oœconomiae extricaret.

ARISTOTELES lib. I. Polit. cap. 2. duas Oeconomias constituit partes, *Homines* videlicet, & *Rem familiarem*; qvæ duo HESIODUM complexum esse dicit hoc verlu: οίχοι μὲν περιτταὶ γυναικά τοι βόη τὸ αγροῦ.

Per *homines* autem intelligit personas familie societatem constituentes, uxorem, liberos, servos. Quamobrem familiam seu domum non simplicem sed triplicem societatem esse pronunciat, præter alios, KOCKERMANNIS l. c. p. 1078. quatuor prima & maxime naturalis est ea, qvæ inter maritum & uxorem obtinet, secunda inter parentes est & liberos, tertia iuter herum & famulos. Et ipse quidem ARISTOTELES gravia multa ac varia monita circa gubernationem familie & societates, qvibus constat, prædictas suppeditat. Nec ullum est dubium, qvin primaria Oeconomia sit hæc ipsa pars, qvæ circa *homines* versatur; A coniuge enim e. g. nontanum rei familiaris administratio multum dependet, sed etiam haud minus qvales habiturus sis liberos; liberorum autem educatione ipses futurorum temporum nititur, exoptatus flos & felicitas reipublicæ; & famulantium insuper directione prudens, utpote qvibus tamquam instrumentis primariis ad curandam rem utimur, haud infimum Oeconomi officium absolvit. Hæc autem omnia justæ dilquisitioni subjicere, cum non permittat rerum nostrarum habitus, rei familiaris

¶ curam, seu eam qvæ ad res spectat, Oeconomia par-
tem primariο respicere in seqventibus animus est.

§. III.

Multa numero sunt, qvibus ad vivendum &
bene vivendum nos homines opus habemus;
& adeo quidem nobis non lucifimus, ut sine o-
pe & usu aliarum rerum extra nos, miserrimus
non tantum esset status noster & conditio, sed ne
subsistere quidem ullo possemus pacto; ad neces-
sitates enim vitæ haud paucis indigemus; plura re-
quiruntur si commodam eandem reddere volueri-
mus, plurima autem sunt, qvorum qværendi ne-
cessitatem nobis cupiditates injungunt. Hæc vero
omnia, cum a nobis ipsis petere nequeamus aut
nova usibus nostris producere, necesse est ut naturæ
penu nobis tradito utamur; atqve diligentia &
industria indagemus & in usus nostros converta-
mus ea, qvæ benigna nobis suppeditavit natura;
Nulla enim ultra progredi poterit œconomica in-
dustria, qvam ut rite dotibus naturæ utatur. Cum
vero fortuna, seu potius divina providentia singu-
lis gentibus & familiis sua & certa obtigerit in-
habitanda terræ portiuncula, vanum esset œconomi-
am peregrinis superstruere & imaginariis fundamen-
tis; sed omnis cura ad rationem terræ qvam in-
habitamus, accommodanda est. A natura enim
& fortuna dependet, qvod nobis hæc terra, hæc dona
terræ data sunt; sollertia & industria nostræ est, ut
illis maximo cum emolumento utamr.

§. IV.

Constitutum est a sapientissimo Conditore unicuique animali irrationali, immo minutissimis quibuscunque insectis & vermis suum proprium & speciale vita genus; unicuique sua industria cœconomica collata est: quam adequare adeo exercent, ut quamvis fragillima & abjectissima multa ducantur esse animalcula, nil quidquam tamen ad vitæ sustentationem specieque suæ propagationem & conservationem pertinentia omittant, sed omnia maxima cum industria & stupendis saepius artificiis peragant; quæ omnia quo detexerit homo adcuratius, eo mirabitur impensis. Ut enim opus artificem semper commendat, ita quælibet creatura suo modo prædicat Creatoris bonitatem & sapientiam.

Hinc sacra pagina mortales ad exploranda hæc ipsa remittit: Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia celi, & indicabunt tibi Job. XII, 7. Vade ad formicam o piger, & considera vias ejus & discere sapientiam, que cum non habeat durem, nec prestatum, nec principem, parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Prov. VI 6.7. 8. Quemadmodum autem naturæ inplantata est talis omnibus animalibus sui ipsius & speciei conservandi industria; ita & eundem nobiscum hominibus DEUS servavit ordinem; sed ea tamen cum differentia, ut nos insuper intellectus instruti simus emolumento, quod nobis eo facilitorem reddere debet naturam sequendi viam; qua etiam nos eo magis prærogativa præbrui-

brutis opus habemus, qvo amplior nostra est sphæra vitæque ambitus; in qvo, prælucente intellectu & decernente voluntate, nos versari convenit, & utendo naturæ penu, rem ita facere, ut finibus divinis convenienter bene vivamus, nec industria male collocata aliis noceamus nobisque aliquam turpitudinem conflemus. *cfr. Franc. Burgersdorff id. Oct. & Pol. D.*

§. V.

IN statu qvidem naturali, simplicior obtinuisse videtur Oeconomiam excercendi ratio; necessaria eamen & tunc fuit adqvistio rerum earum, qvæ ad vitæ debitam iustentationem, seu victum & amictum pertinent. Neqve prorsus qvæ ad commoditatem & delectationem conducunt, excludere audemus; Executiendum proinde etiam tum naturæ penu fuit & usibus hominum industriose, quantum fieri potuit, applicandum. Qvatenus autem exerceri potuissent commercia, simul labor & industria plurimum valuerint. Accedit qvoqve universi generis humani, ceu magnæ societatis, commodum promovendi studium, qvippe qvod ipsa injunxit naturalis societatis necessitas. Qvo etiam pertinet, qvæ futuræ generis nostri felicitatis fundamentum est, juventutis institutio; proles enim summo studio informanda etiam in naturali statu fuit, ad rite perficiendum ea, qvæ sphæram & rationem vitæ humanæ concernunt, pro uniuscujusque membra seu subjecti indole. Nullum igitur est dubi-

9

dubium , qvin latissime patuisset , ante societates hypotheticas introductas , Oeconomiæ studium ; qvod , qvo magis cum natura congruens fuerit , eo etiam majoris æstimandum est ; utpote cui omnis rite in republica instructa oeconomia tanquam fundamento genuino & optimo superstrui debet .

§. VI.

Introducta enim civili societate , non magis cessat naturalis Oeconomia , qvam natura destruit humana ; is namque arctioris hujus inter homines vinculi finis esse debet primarius , ut exercitium Oeconomiæ cum natura conveniens & tutius præstetur & perficiatur ; tum enim medela , prudenti regentis cura , hic adferri debet morbis & defectibus , qvæ in statu naturali obtinent , propter hominam depravatorum malitiam ; qvæ tanta est , ut vix sine aliis adminiculis homo felicitatem illam obtinere possit , qvam Creator sapientissimus ei in hac vita destinavit , temporalem ; cum juxta tritum illud : *Homo homini Lupus* sit potius qvam adminicalum necessarium præstet ; qvam maxime ergo opus est homini aliorum tutamine , tum contra qvosvis externos insultus , tum adversus oppressiones domesticas & internas simultates atqve odia &c. qvibus mutuo sibi nocerent & obessent , propter naturam depravatam , ut modo dictum , alioqvi homines ; tum etiam plurium arctius combinatur industria , negotia inter aptissimos recte distribuuntur , opportunitates agendi subministrantur , ingenia variis mediis & circumstantiis excitantur & acuuntur , mo-

di industria excedendi multiplicantur, præmia industria laboris certiora redduntur, omniaque tandem ad utilitatem publicam facilius & felicius applicantur. Amplissima igitur Oeconomiae sphæra, ut in statu civili in quibusdam, pro usibus reipublicæ, determinatur; ita latius etiam in plurimis extenditur, & rectius ordinatur: quatenus autem & hic Oeconomia eadem locum habet, quæ etiam extra respublicas obtinet, & peculiaris circa eandem ejusque ad totius societatis emolumentum relationem Principis cura requiritur, in *Publicam* & *Priva-*
tam communiter dividi solet: quæ tamen amico nexu inter se junctæ eodem collimare debent; ita tamen, ut hæc illius fundamentum sit; adeo ut sine flore Oeconomia privatæ, publica temper res tenuis evadat, & vicissim, recte curata re privata, Oeconomia publica floreat; accedentibus modo quæ eo pertinent,, cautionibus.

§. VII.

TRIA sunt, ut per se patet, ad Oeconomiam in genere necessaria, ut scil. (α) *Procurentur preventus*. (β) *idem rite administrantur* & (γ) *ut præservantur*, quantum quidem humana valet perspicacia, vires & prudentia, *impedimenta & infortunia*. Istæ tria inquam in Oeconomia ita sunt necessaria, ut si corundem aliquod negligatur, humana societas & civitas incolmis integra ac florens vel zedii vel manere neutiquam possit. Qvo autem modo geri in iisdem se debeat prudens & industri-

herus; majoris est prolixitatis explicare, quam
quidem temporis fert angustia; breviter ergo tan-
tu*m* monemus: i. in adquisitione utramque face-
re paginam, si civis naturæ in suo fundo penu-
bene cognitum & circumstantias atque præroga-
tivas, quæ fortunæ debentur, probe sibi perspectas
habeat; deinde accedat scientia, industria atque dili-
gentia, quæ naturæ dotibus summo cum emolumento
uti, vel iisdem summum conciliare pretium docet;
semper autem honestum patri familias cordi erit,
ut juste, h. e. eo modo adquirat, ne vel cum
detrimento id fiat reipublicæ, vel cum proximi da-
mno; multo minus contra naturæ ordinem divi-
nosque fines. Cum vero non minor sit virtus quam
quærere parra tueri, etiā eadē virtutes in administrati-
one locum habebunt; peculiaris enim, eaque mul-
tiplex & hic requiritur scientia, industria, pruden-
tia; diligentia præterea ac vigilantia, moderatio de-
nique cupiditatum seu temperantia & frugalitas;
Ruet tandem domus, ubi quotannis expensa; pro-
ventus superant, florebit autem, si contraria ratio
inter expensa & redditus obtinuerit, residuumque
recte collocatum fuerit. Neque in summa tantum
administrationis & iis, quæ exteriora, ut loqvuntur,
domus concernunt, sed etiam in interioribus atque
minoribus, imo & minimis negotiis herilis cura ne-
cessaria est. Hac enim domestica dispensatio &
minuta rei familiaris administratio tanti est momen-
ti, ut illa intermissa aut negligenter curata, nil quid-

quam oeconomus proficiat. Quārum rerum
 in patria & domībus privatis curatio matri famili-
 as ut plurimū incumbit ; qvod eo qvidem majori
 jure atqve insigniori cum emolumento fieri existi-
 mo , cām & fōmineus lexus ejusmodi curis atqve
 negotiis natus factusqve videatur ; & ipsa in domo
 agendorum multiplex varietas poscat, ut curæ dome-
 sticæ maritum inter atqve conjugem dispartiantur;
 sed neqve utilitate careret maxima, si instrueretur
 etiam in majoribus & omni domus administratione
 hic sexus, ut uxores omne officium herile implere
 possent. Id qvod ipsa etiam necessitas injungit ;
 præterim ubi ea fors uxorum atqve conditio ac in
 Svecia nostra est; Hic enim uxor non tantum consors
 & particeps est omnium possessionum ; sed etiam
 mortuo marito , omnis herilis ipsi incumbit cura
 atqve administratio ; præterea , qvando maritus
 publici muneriis negotiis distractus est , aut alias
 ob causas domo abest, aut peregre agit &c. in uxo-
 rem tota cura domestica derivatur. Tandem qvod
 impedimenta & infortunia attinet , plurimorum ea
 sunt generum, & in unoqvoqj vitæ genere, tundo &
 republica variant; difficulter proinde summarim qvæ-
 dam circa eādem inveniuntur. Semper profecto he-
 rum decet cautum & providum esse , ne domus
 ullo qvoqvam tempore sine fideli custode relinqua-
 tur ; Cautiones præterea adhibendæ , qvæ necela-
 riz sunt ad amovendum varia pericula & infortunia,
 utpote sunt damna, qvæ per fures , latrones , incen-
 dia &c. sēpissime inferuntur. Hunc in finem va-
 ria

et saluberrima instituta legesque in patria conditae sunt; quarum in posteriore forte V. D. Discretatio
nuncilæ nostræ parte enarrationem adornare licebit.
Sed etiam in privata domo diligens attentio & in-
spectio, vigilans & sapiens dispositio ac ordinatio
plurimi heic momenti est interim tamen, ut infor-
tunia stricte dicuntur, quæ prudentia humana evita-
ri non posse existimantur, quorum proinde esse-
cias imputari nequeunt; quæque a moderamine
Nominis summi peculiari paecto dependent; ita,
non quidem omittenda est omnis, quæ possibilis
est providentia, primario tamen successus & inci-
lumitas & in his & in aliis a DEO humiliatis vo-
tis expetenda est; palmaria proinde virtus est patris
familias sincera & minime tacata pietas, quæ facie,
ut spes laborantis in Deo requiescat, & homo an-
xius vacuis cura, eo facilis laboris ferat omnes
molestias: Hinc S:a S:a Nisi Dominus adificaverit do-
mum, in vanum laborauerant qui edificarent eam. Nisi
Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodiat e-
am Psal. CXXVII. v. 2. Adderemus de impedimen-
tis quædam speciatim, cum ab infortuniis certo
modo differant; sed temporis ratio habenda heic
loci eadem tangere prohibet festinante ad alia.

§. VIII.

Fundamenta & fundi, ut dici consueverunt, pro-
ventuum 4. generationi numerantur; Res rufi-
sa, videlicet, Res metallicæ, Fabrice & Commercia; quos
sum tres priores modos adquirendi originarios com-

plectuntur; ultimus derivatus est. In his tribus naturæ quidem penu dotesque primas sibi jure meritoq; verificant partes; Ex industria tamen & labore hominum plurimum dependet qvæ inde capitur utilitas; hæc enim immensum pretia rerum naturalium augent; & subinde ea supplant, qvæ natura atq; fortuna negavit; adeo ut haud inconcinne ad Oeconomiam applicari hoc respectu posse videatur illud tritum: Nibil tam alte constituit natura quo virtus non possit eniti.

§. IX.

RES RUSTICA qvæ etiam dici solet *Agricultura*, gen eraliter sumto vocabulo, propter honestatem, insignem utilitatem ac jucunditatem, magni omnino est æstimanda. Et agrorum certe cultio, justissimus jure censetur labor. Considerantes namque cunctos adqvirendi modos, qvibus mortales ad vitæ sustentationem & conservationem fruuntur, vix unicum invenimus, quem huic anteponere, immo ne quidem æquiparare queamus. Hinc Euripides: Δικαιότατοι οὐτε ίσοι ἀνθρώποις ἀγέρε. Et Cicero: *Omnium rerum, quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberioris, nihil dulcioris, nihil homini, nihil libero dignius.* libr. I. Off. cap. 42. item *Agro bene culto nil potest esse nec usus arierius nec specie ornatus,* in Cat. M. c. 16. Nec minimum agriculturam commendat, qvod jam in stata innocentia a DEO instituta fuerit, qvodq; eandem post lapsum homini ceu præstantissimam commen- mendet S:ta S:a; unde Syr. 7. v. 16 Non oderis la- borioſa opera & rusticationem creatam ab altissimo.

Per-

Pertinet ad Rem Rusticam I. o *Agricultura*; & generaliori quidē sensu, ut monum⁹; omnis res rustica, denominatione a potiori detumta, agricultura dicitur; strictior aliquanto est significatio, qva per modum adqvirendi victum &c. ex terra & frugibus inde naſcentibus describitur; strictissime autem solam agriculturam frugum cassa ſuceptam denotat (*Asperbruk*); qvæ significatio etiam hujus est loci. Generibus tamen frugum annumerari solent præter frumenta & ſemina eſculenta, utpote ſunt: *Triticum*, *Siligo*, *Hordeum*, *Avena*, *Fagopyrum*, *Piſum*, *Faba* &c, etiam aliorum vegetabilium cultura, qvæ ruri inſtui ſolet, & nonnullis ſub 2:do plantationum titulo venit: e. g. *Nicotiane*, *Lini*, *Cannabis*, *Potatoes*, (*Solanum tuber.* eſcul. CB.) *Quercus* & aliarum arborum, *Plantarum tintoriarum*, *Lupuli* &c. Præterea complectitur res Rustica 3. Horticulturam. Nomen horti Celeb. Linnaeus in Biblioth. Botan. p. 64. latius, pro ſcopo videlicet ſuo, extendit, adeo ut hortorum genera conſtituas *Cererem*, *Viridarium*, *Pomoram*, *Hesperides*, *Semiramides*, *Tantalum*, *Paradifum* & *Adonidem*. Ad horti vero culturam rusticam præcipue pertinet *Viridaria*, *Horti Oliorii*, agellus raparum &c. *Pomona* deinde, ſeu horti arborum pomiferarum, drupiferarum & baciferarum &c. 4. Maximam cum agricultione affinitatem habet *Practicatura*; licet enim & aliis rebus pingueſcant agri, ſtercoratione tamen primario fertiles redunduntur. Pratorum autem cultura, nimium licet huic pſqve neglecta, perfici & potest & debet;

ber; id quod maximo fiet rei nostre cum emolumen-
to: huc pertinet virgitorum, mulcorum
& herbarum inutilium extiratio, pratorum semini-
bus aptis consilio. item aratio, stercoratio, com-
planatio &c. 5:0 Neque prætereunda est *Silvi cultura*: ut olim silva fuerunt & desertum quæ jam excul-
ta arva sunt & multa hominum milia alunt,
ita quæ adhuc restant in patria inculta, exulta
fore sperandum est; praticultura quoque & re ar-
mentaria melius instituta agrorum quoque fines ex-
tendentur. Sed jam de cultura silvarum, quatenus
silvæ sunt, sermo imprimis nobis est; maxima ea-
randem utilitas & indies aucta excisio, Iuadet ali-
quam eas colendi, conservandi & quoad partem etiam
sugendi rationem ineundam esse; Prudenter itaque
& parce instituenda sunt expunctiones. (*Swidie-sall*)
picis coctiones, (*Lilje-branneriet*) divendicio alle-
rum & tabularum; quibus excidi plumbum lo-
lent silvæ; parcendum quoque ligno in privatis domi-
bus, quod ope turnorum acapnorū fieri deberet, an-
tequam terra evaderet in fundo parsimonia; addo in-
utilium arborum extirpationem & silvarum puri-
ficationem. (*Ekgarnes rånsning*) ut & arborum
necessiarium plantationem; de qua verbo antea.

6 Res armentaria haud insima est rei Rusticæ
pars; qua sola multæ vivunt familiae; huc per-
nit *equile*, *bovile*, *ovile*; ut *capros*, *suæ*, *sangiferos*
&c. aves præterea cicures raceam. Maximo ovum
curam cum emolumento institui demonstrarunt re-

centiores in patria Oeconomi & ad eidem operam impendendam cives excitare conati sunt. Sed ad specialia descendere nobis jam non licet. Addimus adhuc, qvæ rei etiam Rusticæ accententur, 7:0 *Venationem*; qvæ in animalia & aves feras instituitur, propriamqve & industriam & prudentiam posuit; atqve 8:0 *Piscaturam*, qvæ majoris plurimis in locis est utilitatis; ac proinde prudentiam & cautiones, qvæ huc usqve, in damnum multiplex piscaturæ, intermissæ sunt. Multi alioqui generis est piscatura; non piscium tantum, sed aliorum qvoqve aquatilium animalculorum, uto pote cancerorum, ostrarū, concharū margaritiferarum &c. captura. Sunt etiam alia innumera, qvæ rustica posuit œconomia: nimirum collectiones rerum utilium ex sponte provenientibus plantis e. g. multa papporum genera, (*Bomulls aster*); in caritate annonæ ciborum genera (*Nödd-bröd*); mechanica domestica, tintoria domestica &c. Accedit adhuc *spuma cura* (*Bjästöbel*) ut & bombycum & alia, qvæ præterire jubet festinatio.

§. X.

RES METALLICA atqve ars metallaris, dicitur in genere, denominatione a metallis, propter excellentiam, petita. qvæ mineralis regni penu & mineralium subjectorum præparationem concernit. Huc pertinent artes tessoriæ, futoriæ, paratoriæ mineralium lapidum & metallorum, qvæ feracissima eorundem patria suppeditat; uto pote sunt

1. Aurum; 2. Argentum, 3. Cuprum 4. Stannum,
 5. Plumbum, 6. Ferrum, 7. Wismuthum & Cobaltum, 8. Zincum & Calaminaris, 9 Arlenicum,
 10. Antimonium, 11. Sulphur, 12. Bitumina 13.
 Lithantrax, 14 Lapidés pretiosi, Christalli, Jaspides
 Agathi &c. 15. Lapidés cædui arenacei, marmorei & calcarii, 16. Calx. 17. Cotes, 18. Molares, 19. Af-
 bestus, 20. Perennantes in igne lapides, 21. Silices
 & lapides vitrecentes, 22. Terræ Argillæ &c per-
 petuæ & vitrecentes, &c. 23. Alumen, 24. Ni-
 trum, 25. Muria, 26. Vitriolum, aliaque plurima;
 qvibus accenseri etiam solent Cineres clavellati alia-
 que salium genera, qvæ minerali regno tamen o-
 riginem immediate non debent.

